

*ritatio iræ divinæ, vel periculum irrita-
tionis.*

26. Quandoquidem *solus timendus,*
nec tentandus est; qui solus vivere
& mori facit: nec corpus tantum oc-
cidere potest, sed & corpus & ani-
mam perdere in gehennâ.

27. *Media conversionis sunt, i. doctri-
na, quasi lux, dirigens partim extrin-
secus, partim intrinsecus; ad præcepto-
rum, comminationum & promissi-
onum divinarum agnitionem.*

28. *2. vis movens, quasi calor, accedens,
primùm ad iræ consummentis, deinde
& gratia restituentis sensationem.*

29. *Ratione graduum quibus adhi-
bentur media, est primò gratia commu-
nisi multitudini gratuito vocato-
rum:*

30. *consistens in sufficiente mentium il-
luminacione usque ad convictionem:
& in cordium pulsacione usque ad ter-
rorem;*